... genere cotidie agit.
... parente nostri generis non
ignorat. Serpens suasit. quia occultus
hostis mala cordibus hominum latenter
suggerit. Et ualde delectata est. quia
carnalis sensus ad uerba serpentis mox
se delectatione substernit. Ad consensum
uero adam mulieri praepositus praebuit. quia
dum caro in delectatione rapitur. etiam sua
rectitudine spiritus infirmatus inclinatur.
Et requisitus adam confiteri culpam noluit.
quia uidelicet spiritus quo peccando a uerita
te disiungitur. eo in ruine sue audatia
nequius obduratur. His etiam quattuor mo
dis peccatum consummatur in opere. Prius namque
latens culpa agitur. postmodum uero etiam
ante oculos hominum sine confusione reatus
aperitur. De hinc etiam in consuetudinem ducitur.
ad extremum quoque uel false spei seductio
nibus uel obstinatione misere desperatio
nis enutritur. Hos itaque peccati motus qui
uel in corde latenter fiunt. uel patenter
in opere perpetrantur. Beatus iob considerans et
humanum genus in quot peccatorum gradibus
sit lapsum deplorat dicens. Quare non in uul
ua mortuus sum. egressus ex utero non statim
perii. Cur exceptus genibus. Cur lactatus